



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Bos Vnicornis. Ex Cæsaris libro 6. de bello Gallico. Descriptio XCII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## VULPES. PISCANS.

Expressa ex Olao.

Descriptio XCI.

**O**Mnes in vnam vulpem fraudes natura videtur concessisse. Nihil tam varium, solers, subdolum, versatile, fraudulentum: vna est in plagis septentrionalibus, vt in cæteris, sic in piscando, ingenio proisus admirabili. Obambulat igitur in ripa fluminis, & si quando pisciculorum, maxime vero cancrorum subijt desiderium, caudam villis, ferisque obstitam molliet demittit in flumen: hanc summas aquis instar retis in-natantem, cancri prædam, credo opportu-nam rati mordicus appetunt, sed illa summa celeritate caudam retrahit, & inhaerentem cancrum icu affligit ad terram, mox læta pabulatur.

## BOS. VNICORNIS.

Ex Cæsaris libro 6. de bello Gallico.

Descriptio XCII.

**E**ST bos cerui figura, cuius à mediâ fronte inter aures vnum cornu existit excel-sius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt cornibus: ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur. Eadem est foeminae marisque natura, eadem forma ma-gnitudineque cornuum.

## ALCES IBIDEM.

Descriptio XCIII.

**S**unt quæ appellantur Alces. Harum est consimilis capris figura, & varietas pel-lium: sed magnitudine paulo antecedunt, mutilæque sunt cornibus: & crura sine nodis articulisque habent: neque quietis causa pro-cumbunt, neque si quo afflictæ casu consi-derunt, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus; ad eas se ap-

plicant, atque ita paulum modo acclinatæ quietem capiunt, quarum ex vestigijs cum est animaduersum à venatoribus, quo se recipere consueuerunt, omnes eò loco, aut à radicibus subruunt, aut abscindunt arbores, tantum vt summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine accli-nauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vna ipsæ concidunt.

## VRI IBIDEM.

Descriptio LXXXIV.

**V**RI sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie & colore & figura tauri: magna vis est eorum, & magna velo-citas: neque homini, neque feræ, quam con-spexerunt, parcent: hos studiose foucis cap-tos interficiunt. Hoc se labore durant ado-lescentes, atque hoc genere venationis exer-cent, & qui i lurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testi-monio, magnam ferunt laudem. Sed assues-cere ad homines, & mansuescere, ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornu-um & figura, & species, multum à nostro-rum bouum cornibus differt. Hæc studiose conquisita, ab labris argento circumeludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis v-tuatur.

## PISCES.

## GETVS.

Massæus, Stylo historico.

Descriptio XCIV.

**P**ER eosdem serè menses nouum, & mul-tiplex aliud in mari miraculum exitit. Classis nauium nomen duce Georgio Britto, dum ex Lusitania Indiam perit, ro-strata celsior Rhoterici Vasi Perieræ in me-dio cursu repente veluti fræno equus addu-cto, ita substrit magno cum aqua sonitu, ac motu, qualis, vbi in vada, & syrtis incurritur, edic consuevit: eo ipso terrore percussis nante, demissa verique hostes profundum suæ dubio mare comperiant. Cum in flatis